

Der vierfache Schriftsinn

THOMAS DE AQUINO, *Quaestiones de quolibet*, Vol. 1: *Préface, Quolibet VII, VIII, IX, X, XI*; cura et studio Fratrum Praedicatorum (= Sancti Thomae de Aquino, *Opera Omnia / Editio Leonina* ; 25), Rom / Paris 1996, p. 29-32.

Im Rahmen des Forschungsseminars "Die Auslegung des Alten Testaments im Mittelalter" (Prof. Ludger Schwienhorst-Schönberger, Prof. Thomas Prügl, WiSe 2012/13)

übersetzt von Dr. MARTIN MAYERHOFER

<p>Quodlibet VII, q. 6</p> <p>Deinde queritur de sensibus sacre scripture. Et circa hoc queruntur tria : primo, utrum preter sensum litteralem in uerbis sacre scripture lateant alii sensus ; secundo, de numero sensuum sacre scripture ; tertio. utrum isti sensus inueniantur in aliis scripturis.</p> <p>Articulus 2 [15] < Utum debeant distingui quatuor sensus sacrae Scripturae > 29b </p> <p>Ad secundum sic proceditur: Videtur quod non debeant distingui quatuor sensus sacre scripture, scilicet hystoricus uel litteralis, allegoricus, moralis et anagogicus.</p> <p><1> Sicut enim in sacra Scriptura aliqua figurate dicuntur de Christo, ita etiam aliqua figurate dicuntur de aliis hominibus, Danielis VIII per hircum caprarum significatur rex Grecorum ; set huiusmodi figurate locutiones non faciunt aliquem sensum preter litteralem in sacra scriptura ; ergo nec allegoricus sensus, per</p>	<p>Danach untersuchen wir die Schriftsinne und stellen folgende drei Fragen:</p> <p>Erstens, ob in den Worten der Hl. Schrift außer dem wörtlichen Schriftsinn noch andere Sinne verborgen sind. – Zweitens, wie viele Schriftsinne es gibt. – Drittens, ob jene Schriftsinne auch in anderen Schriften gefunden werden.</p> <p>Artikel 2 < Ob vier Sinne der Heiligen Schrift unterschieden werden müssen ></p> <p>Zweitens gehen wir so vor: Es scheint, dass nicht zwischen vier Schriftsinnen der Heiligen Schrift, nämlich dem historischen oder wörtlichen, dem allegorischen, dem moralischen und dem anagogischen Sinn unterschieden werden darf.</p> <p>Wie nämlich in der Heiligen Schrift manches in figürlicher Weise über Christus ausgesagt wird, so wird in figürlicher Weise manches auch über andere Menschen ausgesagt. So z.B. in Dan 8,5 wo der Ziegenbock den griechischen König bedeutet. Aber solche figürliche Redeweisen bilden keinen eigenen Schriftsinn neben dem wörtlichen Sinn der Heiligen Schrift. Folglich ist es nicht zulässig den allegorischen</p>
--	--

quem exponuntur de Christo ea que in figura ipsius precesserunt, debet alius sensus ab hystorico poni.

<2> Preterea. Vna persona est capitis et membrorum ; set sensus allegoricus uidetur pertinere ad capud ecclesie, scilicet Christum, sensus autem moralis uidetur pertinere ad membra eius, scilicet fideles ; ergo sensus moralis non debet ab allegorico distingui.

<3> Preterea. Moralis sensus est qui ad morum instructionem pertinet ; set sacra scriptura secundum litteralem sensum in pluribus locis mores instruit : ergo moralis sensus non debet distingui a litterali.

<4> Preterea. Sicut Christus est capud ecclesie militantis, ita est capud triumphantis, nec est alius et alius Christus ; ergo nec sensus anagogicus, per quem aliquid exponitur de ecclesia triumphante, debet esse alius ab allegorico, |30a| quo exponitur de Christo et ecclesia militante.

<5> Preterea. Si isti quatuor sensus essent de necessitate sacre scripture, quelibet pars sacre sripture deberet hos quatuor sensus habere ; set hoc falsum est : ut enim Augustinus dicit super Genesim, in quibusdam sensus litteralis querendus est solus ; ergo hii quatuor sensus non sunt de necessitate expositionis sacre scripture.

Set contra est quod Augustinus dicit in principio super Genesim ad litteram : *In libris omnibus sanctis oportet intueri que ibi eterna intimentur, que ibi facta narrentur, que futura prenuncientur, que agenda precipiantur ; primum autem pertinet ad sensum anagogicum, secundum ad hystoricum,*

Sinn, durch den jenes auf Christus hin ausgelegt wird, was ihm in figürlicher Weise vorausgegangen ist, als anderen Schriftsinn neben den historischen zu setzen.

Eine Person besteht aus Haupt und Gliedern. Jedoch scheint sich der allegorische Sinn auf das Haupt der Kirche, nämlich Christus, zu beziehen, der moralische Schriftsinn dagegen auf seine Glieder, die Gläubigen. Folglich darf der moralische nicht vom allegorischen Schriftsinn unterschieden werden.

Der moralische Sinn beinhaltet die sittliche Unterweisung. Aber die Heilige Schrift lehrt auch nach dem wörtlichen Schriftsinn an vielen Stellen die Sitten. Folglich darf der moralische nicht vom wörtlichen Schriftsinn unterschieden werden.

Christus ist das Haupt der streitenden Kirche und ebenso das Haupt der verherrlichten Kirche, denn es gibt nur einen Christus. Folglich darf auch der anagogische Sinn, durch welchen etwas von der triumphierenden Kirche ausgelegt wird, nicht verschieden sein vom allegorischen, durch welchen Auslegungen über Christus und die streitende Kirche gemacht werden.

Wären diese vier Schriftsinne eine Notwendigkeit der Heiligen Schrift, dann müsste jeder Teil der Schrift diese vier Sinne haben. Dies ist jedoch falsch: Wie nämlich Augustinus in seinem Genesiskommentar sagt, ist an manchen Stellen nur der wörtliche Schriftsinn zu suchen. Folglich sind diese vier Schriftsinne keine Notwendigkeit der Schriftauslegung.

Dagegen sagt jedoch Augustinus zu Beginn von *De genesim ad litteram*: "Es ist angebracht in allen heiligen Büchern herauszufinden, welche ewigen Dinge eingeflochten sind, welche Ereignisse erzählt werden, welche künftigen Voraussagen enthalten sind und welche Handlungsweisen geboten werden." Die erste Aussage bezieht sich auf den anagogischen Sinn, die

tertium ad allegoricum, quartum ad moralem ; ergo quatuor sunt sensus sacre scripture.

<2> Preterea. Beda, super principio Genesis : *Quatuor sunt sensus sacre scripture : hystoria, que res gestas loquitur, allegoria, in qua aliud ex alio intelligitur, tropologia, id est moralis locutio, in qua de moribus ordinandis tractatur, anagogia, per quam de summis et celestibus tractaturi ad superiora ducimur.*

Responsio. Dicendum, quod distinctio horum |30b| quatuor sensuum hoc modo accipi debet. Sicut enim dictum est, sacra scriptura ueritatem quam tradit dupliciter manifestat, per uerba et per rerum figuras ; manifestatio autem que est per uerba facit sensum hystoricum siue litteralem, unde totum illud ad sensum litteralem pertinet quod ex ipsa significatione uerborum recte accipi potest; set sensus spiritualis, ut dictum est, consistit in hoc quod quedam res per figuram aliarum rerum exprimuntur, et quia uisibilia solent esse figure inuisibilium, ut Dionisius dicit, inde est quod sensus iste, qui ex figuris accipitur, spiritualis uocatur.

Veritas autem quam sacra scriptura per figuras rerum tradit, ad duo ordinatur, scilicet ad recte credendum et ad recte operandum. Si ad recte operandum, sic est sensus moralis, qui alio nomine tropologicus dicitur. Si autem ad recte credendum, oportet distinguere secundum ordinem credibilium ; ut enim Dionisius dicit IV capitulo Ecclesiastice ierarchie,

zweite auf den geschichtlichen, die dritte auf den allegorischen und die vierte auf den moralischen Sinn. Folglich gibt es vier Schriftsinne.

Außerdem erläutert Beda am Beginn seines Genesiskommentars: "Es gibt vier Schriftsinne: der historische, welcher die Ereignisse erzählt, der allegorische, in welchem etwas durch etwas anderes verstanden wird, der tropologische Sinn, nämlich die moralische Redeweise, welche die zu ordnenden Sitten behandelt, und der anagogische Sinn, durch welchen wir durch die Beschäftigung mit höchsten und himmlischen Dingen zur oberen Wirklichkeit geführt werden."

ANTWORT: Die Unterscheidung in die genannten vier Schriftsinne muss in folgender Weise verstanden werden. Wie gesagt wurde, legt die Heilige Schrift die Wahrheit, die sie überliefert, in zweifacher Weise offen, nämlich durch Worte und durch Bilder von Dingen. Das Aufzeigen durch Worte erzeugt den geschichtlichen oder wörtlichen Sinn. Daher bezieht sich alles auf den wörtlichen Sinn, was von der wörtlichen Bedeutung her richtig verstanden werden kann. Der geistliche Sinn dagegen, wie gesagt wurde, besteht darin, dass manche Dinge durch das Bild einer anderen Sache ausgedrückt werden. Und da das Sichtbare gewöhnlich ein Bild des Unsichtbaren ist, wie Dionysius sagt, wird dieser Sinn, der aus Bildern gewonnen wird, geistlich genannt.

Die Wahrheit jedoch, welche die Heilige Schrift durch Bilder der Dinge überliefert, ist auf zweierlei hin geordnet, nämlich den rechten Glauben und das rechte Tun. Hinsichtlich des rechten Tuns spricht man vom moralischen oder tropologischen Sinn. Hinsichtlich des rechten Glaubens bietet der Glaubensinhalt ein Unterscheidungskriterium. Wie nämlich Dionysius im 4. Kapitel der Schrift *Ecclesiastica hierarchia* sagt, ist der Status der Kirche ein mittlerer

status ecclesie medius est inter statum synagoge et statum ecclesie triumphantis : uetus enim testamentum figura fuit noui, uetus simul et nouum figura sunt celestium. Sensus ergo spiritualis ordinatus ad recte credendum potest fundari in |31a| illo modo figurationis quo uetus testamentum figurat nouum. et sic est sensus allegoricus uel typicus, secundum quem ea que in ueteri testamento contigerunt exponuntur de Christo et ecclesia ; uel potest fundari in illo modo figurationis quo nouum simul et uetus significant ecclesiam triumphantem, et sic est sensus anagogicus.

Ad primum ergo dicendum quod hircus uel alia huiusmodi per que alie persone a Christo in scriptura designantur, non fuerunt res aliquae, set similitudines ymaginariae ad hoc solum ostense ut ille persone significarentur ; unde illa significatio qua per illas similitudines persone ille aut regna designantur, non pertinet nisi ad hystoricum sensum. Set ad Christum significandum etiam illa que in rei ueritate contigerunt ordinantur sicut umbre ad ueritatem ; et ideo talis significatio, qua per huiusmodi res Christus aut eius membra significantur, facit alium sensum preter hystoricum, scilicet allegoricum. Sicubi uero inueniatur quod Christus significetur per huiusmodi ymaginarias similitudines, talis significatio non excedit sensum litteralem ; sicut Christus significatur per lapidem qui excisus est *de monte sine manibus*, Danielis II.

zwischen jenem der Synagoge und dem der verherrlichten Kirche: Das Alte Testament war daher ein Bild des Neuen, das Alte und das Neue Testament zusammen sind ein Bild der himmlischen Wirklichkeiten. Der geistliche Sinn, der auf den rechten Glauben ausgerichtet ist, kann in jener Art des Vorausbildes grundgelegt werden, durch welche das Alte Testament das Neue bezeichnet. Dies ist der allegorische oder typologische Sinn, in dem das, was im Alten Testament enthalten ist, auf Christus und die Kirche hin ausgelegt wird. Oder er wird in jener Art des Vorausbildes grundgelegt, durch welchen das Neue und das Alte Testament die verherrlichte Kirche bedeuten. Dies ist der anagogische Sinn.

Zum ersten Einwand ist zu sagen, dass der Ziegenbock oder anderes von dieser Art, durch welche andere Personen und nicht Christus in der Schrift bezeichnet werden, nicht irgendwelche Dinge in sich waren, sondern bildhafte Ähnlichkeiten. Sie wurden nur dazu verwendet, um jene Personen zu bezeichnen. Daher bezieht sich die Bedeutung, durch welche jene Ähnlichkeiten Menschen oder Reiche bezeichnen, nur auf den historischen Sinn. Aber auch jenes, das sich wirklich zugetragen hat, verhält sich hinsichtlich seiner Bedeutung zu Christus gleichsam wie Schatten gegenüber der Wahrheit. Und diese Bedeutung, durch welche eine Sache dieser Art Christus oder seine Glieder bezeichnet, bildet neben dem historischen einen anderen, nämlich den allegorischen Schriftsinn. An Stellen jedoch, an denen Christus durch diese Art von bildhaften Ähnlichkeiten bezeichnet wird, übersteigt ihre Bedeutung nicht den wörtlichen Schriftsinn. So wird Christus z.B. durch den Stein bezeichnet, der sich ohne Zutun von Menschenhand vom Berg löst (Dan 2, 34).

<p>Ad secundum dicendum quod sensus allegoricus non solum pertinet ad Christum ratione capitis, set etiam ratione membrorum, sicut quod per duodecim lapides electos de Iordane, Iosue VII significantur duodecim apostoli ; set moralis sensus pertinet ad membra Christi quantum ad proprios eorum actus et non secundum quod considerantur ut membra.</p>	<p>Zum zweiten ist zu sagen, dass sich der allegorische Schriftsinn nicht nur auf Christus als Haupt bezieht, sondern auch auf ihn in seinen Gliedern. So bezeichnen die zwölf ausgewählten Steine aus dem Jordan (Jos 4,2) die zwölf Apostel. Der moralische Sinn dagegen bezieht sich auf die Glieder Christi mit Rücksicht auf die ihnen eigenen Handlungen und nicht weil sie Glieder sind.</p>
<p>Ad tertium dicendum quod moralis sensus non dicitur omnis sensus per quem mores instruuntur, set per quem instructio morum sumitur ex similitudine aliquarum rerum gestarum : sic enim moralis sensus est pars spiritualis. Vnde patet quod nunquam est idem sensus moralis et litteralis.</p>	<p>Zum dritten ist zu sagen, dass nicht jeder Sinn, durch den die Sitten geformt werden, <i>moralischer Schriftsinn</i> genannt wird, sondern jener, durch den die sittliche Unterweisung aus der Ähnlichkeit mit irgendwelchen Ereignissen hergeleitet wird. So nämlich ist der moralische Sinn ein Teil des geistlichen Sinns. Daher ist es klar, dass der moralische und der wörtliche Schriftsinn niemals derselbe sein kann.</p>
<p>Ad quartum dicendum quod sicut sensus allegoricus 31b pertinet ad Christum secundum quod est capud ecclesie militantis iustificans eam et gratiam infundens, ita et sensus anagogicus pertinet ad eum secundum quod est capud ecclesie triumphantis glorificans eam.</p>	<p>Zum vierten Einwand ist zu sagen: Wie sich der allegorische Schriftsinn auf Christus bezieht als Haupt der streitenden Kirche, der sie rechtfertigt und begnadet, so der anagogische Sinn auf ihn, als Haupt der triumphierenden Kirche, der sie verherrlicht.</p>
<p>Ad quintum dicendum quod quatuor isti sensus non attribuuntur sacre scripture quia in qualibet parte eius sit istis quatuor sensibus exponenda, set quandoque istis quatuor, quandoque tribus, quandoque duobus, quandoque uno tantum. In sacra enim scriptura precipue ex prioribus posteriora figurantur ; et ideo, quando in sacra scriptura secundum sensum litteralem dicitur aliquid de priori, potest spiritualiter exponi de posterioribus, set non conuertitur. Inter omnia autem que in sacra scriptura</p>	<p>Zum fünften ist zu sagen, dass diese vier Sinne nicht deshalb auf die Heilige Schrift anzuwenden sind, weil sie in jedem ihrer Teile nach diesen vier Sinnen auszulegen wäre; vielmehr manchmal nach diesen vier, manchmal nach drei, manchmal nach zwei oder manchmal nur nach einem Sinn. In der Heiligen Schrift wird vor allem aus Früherem Späteres voraus gebildet. Wenn also in der Heiligen Schrift etwas gemäß dem wörtlichen Sinn von Früherem ausgesagt wird, kann es in geistlicher Weise auf Späteres hin ausgelegt werden, aber nicht umgekehrt. Unter allem, was in der Heiligen Schrift erzählt wird, steht das an erster Stelle, was im Alten</p>

<p>narrantur, prima sunt illa que ad uetus testamentum pertinent, et ideo ea que secundum litteralem sensum ad facta ueteris testamenti spectant possunt quatuor sensibus exponi. Secunda uero sunt illa que pertinent ad statum presentis ecclesie, in quibus illa sunt priora que ad capud pertinent respectu eorum que pertinent ad membra, quia ipsum corpus uerum Christi et ea que in eo sunt gesta sunt figura corporis mistici et eorum que in ipso geruntur ; ex ipso etiam Christo, exemplum uiuendi sumere debemus ; in ipso etiam futura gloria nobis premonstrata est. Vnde ea que ad litteram de ipso Christo capite dicuntur possunt exponi et allegorice referendo ad corpus eius mysticum, et moraliter referendo ad actus nostros qui secundum ipsum debent informari, et anagogice, in quantum in ipso Christo est nobis iter glorie demonstratum.</p> <p>Set quando secundum litteralem sensum dicitur aliquid de ecclesia, non potest exponi allegorice, nisi forte ea que dicuntur de primitiua ecclesia, exponantur quantum ad futurum statum ecclesie presentis ; possunt tamen exponi moraliter et anagogice. Ea uero que moraliter dicuntur secundum sensum litteralem non consueuerunt exponi nisi allegorice. Illa uero que secundum sensum litteralem pertinent 32a ad statum glorie, nullo alio sensu consueuerunt exponi, eo quod ipsa non sunt figura aliorum, set ab omnibus aliis figurata.</p>	<p>Testament enthalten ist. Daher kann das, was sich nach dem wörtlichen Schriftsinn auf die Geschehnisse des Alten Testament bezieht nach den vier Schriftsinnen ausgelegt werden. An zweiter Stelle folgt jenes, was sich auf den Status der gegenwärtigen Kirche bezieht. Dabei ist das früher, was sich auf das Haupt bezieht im Vergleich zu jenem, welches die Glieder betrifft. Denn der wahre Leib Christi selbst und alles, was an ihm geschehen ist, sind ein Bild des mystischen Leibes und dessen, was in diesem geschieht. Von Christus selbst her nämlich müssen wir das Beispiel, wie zu leben ist, nehmen; in ihm ist uns nämlich die künftige Herrlichkeit im Voraus gezeigt worden. Daher kann das, was nach dem Buchstaben über Christus selbst, das Haupt, gesagt wird, ausgelegt werden: in allegorischer Weise mir Bezug auf seinen mystischen Leib, in moralischer Weise hinsichtlich unserer Handlungen, die von seinem Vorbild geprägt werden sollen und in anagogischer Weise, da uns in Christus selbst der Weg zur Herrlichkeit gezeigt ist.</p> <p>Wenn aber nach dem wörtlichen Sinn etwas über die Kirche ausgesagt wird, kann man es nicht in allegorischer Weise auslegen; außer, dass vielleicht das, was über die Urkirche gesagt wird, auf den künftigen Status der gegenwärtigen Kirche hin ausgelegt wird; es kann jedoch im moralischen und anagogischen Sinn ausgelegt werden. Moralische Aussagen nach dem wörtlichen Schriftsinn werden gewöhnlich nur im anagogischen Sinn ausgelegt. Stellen, die sich nach dem wörtlichen Schriftsinn auf den Stand der Herrlichkeit beziehen, werden in keinem anderen Sinn ausgelegt, denn sie sind keine Bilder anderer Ereignisse, sondern sie selbst werden von allen anderen vorausgebildet.</p>
---	---